

Angel. Salyc. & communiter DD. Ex quo nota & collige, quod solemnitas quæ non requiritur in actu, si interveniat minus aperte, non vitiatur actum: idem etiam probat text. in l. *Hæredes palam in fin. ff. de Testament. text. in leg. 1. §. Fuit quæsitum in fin. ff. ad Trebell. text. in leg. Cum tabulæ, ff. de honor. poss. secund. tab. text. in leg. Si stipuler, §. fin. ff. de Verb. obligat. text. in Clem. sepè, in fin. de Verbor. signif. tenent etiam gloss. ordinaria in leg. Unum. ff. Si cert. Gloss. in leg. Debitor. ff. ad Trebellian. Gloss. in leg. 1. ff. Quem test. aper. Gloss. in §. Multis, Instit. de Libertin. & utrobique DD. Et adde, quod contra talem fictionem non admittitur probatio in contrarium per confessionem partis, nec alio genere probationis: quia contra fictionem inductam à jure non admittitur probatio in contrarium, ut est Gloss. singularis & ordinaria in leg. Sive possidetis, C. de Probat., & ibi communiter DD. tenet etiam Bart. in leg. Sciendum de verborum obligationib. 3. col. in fin. & ibi DD. Hodie autem in nostro regno talis ficta stipulatio non esset necessaria, cum quælibet simplex promissio sufficiat: Sed teneo quod fingitur illa promissio. Et adde, quod prædicta actio, vel obligatio personalis expressa vel tacita est privilegiata, & præfertur mulier cæteris creditoribus personalibus anterioribus: text. in leg. 2. fin. cum leg. sequent. & sequent. ff. de Privileg. credit. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter DD. tenet etiam Gloss. ordinaria & Bart. Alb. & communis opinio in leg. Privilegia, eod. tit. text. junct. glos. in leg. 1. ff. de Privil. dotis. & ibi communiter DD. text. in Authent. quo jure, Cod. Qui potiores in pign. hab. & ibi DD.*

Item etiam competit uxori & hæredibus ejus tacita hypotheca in bonis mariti; text. est in dict. l. unic. §. Et ut plenius, Cod. de Rei uxor. actio. ibi: Et in hujusmodi actione damus ex utroque latere hypothecam, sive ex parte mariti pro restitutione dotis, sive ex parte mulieris pro ipsa dote prætanda: & ibi Gloss. ordinaria, & communiter DD. text. in §. Et nemo, ejusdem leg. ibi: Et hypothecam ex utraque parte quasi fuerit scripta & ibi communiter DD. text. in l. Assiduis, versic. Ad hæc. ibi: Cuique etiam tacitam donabimus inesse hypothecam, Cod. qui pot. in pign. hab. text. in §. Fuerat, Instit. de action. & idem disponit l. 23. tit. 23. part. 5. Quod notabiliter extende, ut procedat etiamsi maritus sit minor 25. annor. quia etiam bona sunt tacite obligata pro dote: quia cum sit habilis ad contrahendum; ergo similiter quoad accessoria, argumento textus in leg. Mutuus. ff. de Jure dotium, ita Bald. in leg. unic. §. Et ut plenius, Cod. de Re uxoria action. idem Bald.

Ang. Roman. Alexand. & Jas. in leg. Si constante. ff. Solutio matrimonio, idem Bald. Paul. & alii DD. in leg. Item ff. de Pactis, idem Bald. Cin. Alb. Angel. & DD. in leg. fin. Codic. de Legit. tut. Cin. in leg. Ubi adhuc, Cod. de Jure dot. 4. column. 16. quest. & ibi Alb. 4. column. Anton. Neguz. qui dicit hanc esse communem opinionem in tractatu de Pign. in 4. memb. 2. part. num. 73. Palac. Rub. in sua Repet. fol. 71. column. 2. vers. Limitabis, 6. licet Bart. teneat contrarium in dict. leg. Si constante, in 4. quest. 3. partit. principalis, & in dict. leg. Item quia. ff. de Pactis. Quid autem è contra, an muliere promittente dotem, intelligatur tacita hypotheca, si est minor? vide DD. ubi supra. Secundo extende, ut procedat & habeat locum in dote putativa, quando mulier de facto ignoranter contraxit prohibitum matrimonium: quia etiam tunc inducitur tacita hypotheca & jus prælationis in bonis mariti: Gloss. est ordinaria in dict. leg. Assiduis, Cod. Qui pot. in pign. in gloss. magn. fin. quest. & ibi Bald. & communiter DD. Gloss. ordinaria in leg. 3. §. fin. ff. de Privil. credit. in gloss. fin. & ibi Bart. & communiter DD. tenet etiam Bartol. in leg. Si cum dote, §. fin. ff. Solut. matrim. Anton. Neguz. in tract. de Pign. in 4. memb. 2. partit. 10. quest. Imò etiam talis mulier gaudet privilegio, ne bona dotalia alienentur: Gloss. est singularis & ordinaria in leg. Dotal. ff. de Fundo dot. & tenet Paul. de Castr. Alex. & alii DD. in dict. leg. Si cum dote, §. fin. ff. Solutio matrimon. Item etiam talis uxor gaudet medietate lucrorum acquiritorum constante matrimonio, argumento text. in cap. 2. de Donat. inter virum & uxorem, & ibi notant Alexand. & communiter Canonistæ: Palac. Rub. in sua Repet. fol. 19. col. 2. Tertio extende, ut procedat & habeat locum, nedum in ipso marito vel principaliter obligato pro dote, verum etiam in fidejussore, in casibus in quibus fidejussor dari potest: quia obligatio fidejussoria est accessoria & sequitur naturam sui principalis, argumento text. in regula accessoria cum similibus de regulis juris, & in leg. 2. Cod. Per quas personas, & in expresso tenet Bald. Novel. in tract. de Dotis. Anton. Neguz. in tract. de Pign. in 4. memb. 2. part. per quem vide alias plures limitationes in materia.

Limita tamen & intellige in ipsa muliere, favore matrimonii: secus verò in extraneo, qui dotavit, & stipulatus est dotem sibi reddi soluto matrimonio; quia non habet tacitam hypothecam: ita tenet notabiliter Cin. in dict. leg. unic. in §. Et ut plenius, Cod. de Rei uxor. actio. & ibi Salyc. tenet etiam Paul. de Castr. in leg. 1. ff. Solutio matrimon. 2. column. num. 6. &

& ibi Alexand. 9. column. & communiter DD. numer. 37. idem Paul. post Gloss. ibi in leg. 2. ejusdem tit. 5. column. 3. num. 12. Bald. Novell. in dict. tractat. Dot. 6. part. §. 7. privileg. numer. 5. versic. Vidi etiam dubitatum. Secundo limita & intellige in uxore, vel sponsa de præsentis: secus verò in sponsa de futuro; quia si ante contractum matrimonii solvit dotem, & postea sponsus decedat, non habet tacitam hypothecam nec privilegium dotis; quia sine matrimonio non potest esse dos; ita tenet Gloss. ordinaria in leg. Eos, Cod. Qui potior. in pign. hab. & ibi DD. Bart. in leg. 2. §. fin. ff. de Privil. credit. & ibi DD.

Et adde, quod prædicta tacita hypotheca est privilegiata, ut mulier præferatur cæteris creditoribus anterioribus habentibus tacitas hypothecas: text. est capitalis & expressus in leg. Assiduis, Cod. Qui potior. in pign. hab. text. in §. Fuerat, Instit. de action. & utrobique DD. & idem disponit lex 23. tit. 13. partit. 5. ejus ratio potest esse; quia lex quæ concessit talem hypothecam in bonis debitoris, potuit beneficium & effectum ejus tollere vel modificare favore mulieris & dotis ejus, & ratione publicæ utilitatis, quæ in conservanda dote versatur; ut in leg. 1. in 3. sim. ff. Solut. matrim. Et omnia ista & alia privilegia conceduntur mulieribus propter maxima onera matrimonii: scilicet, obsequium & reverentiam quam maritis debeant præstare: Item, propter partus pericula: Item, propter liberorum procreationem, curam eorum: text. est in dict. leg. Assiduis, versic. Quis enim, & probatur Genes. cap. 3. ibi: Multiplicabo aromas tuas, in dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris, & ad Corinth. cap. 11. & ad Ephes. cap. 5.

38. Quæro tamen, à quo tempore incipiat ista tacita hypotheca, an à tempore contracti matrimonii, an verò à tempore traditionis ipsius dotis? Et breviter & resolutivè dico, quod à tempore solutionis & traditionis ipsius dotis: imò, quod magis est, etiamsi spe futuræ numerationis & dotis recipiendæ, maritus eam promisit reddere & solvere uxoris hæredibus, incipit à tempore traditionis postea secutæ, non verò à tempore contracti matrimonii & promissionis: unde inferitur, quod si post contractum matrimonium & dotem promissam maritus contraxit cum aliis creditoribus cum expressa hypotheca, & postea dos est sibi tradita, non præfertur mulier prioribus creditoribus, ita est Gloss. singularis & unica in leg. Assiduis, Codic. Qui potior, in pign. hab. in verb. Hypothecam, & ibi notat & commendat Jacob. 1. column. propè finem, notat etiam & commendat Bald. fin. column. dicens, quod vix

alibi reperitur: & idem tenet expressè & notabiliter Specul. in tit. de Oblig. & solut. §. Ante omnia penultim. column. versic. Sed pone contraxi, Bald. Novell. in tract. Dotis, 10. partit. principal. 16. limitation. licet relinquat cogitandum: & ista videtur vera sententia & opinio, licet Bartol. Cin. Salyc. & alii DD. in dict. leg. Assiduis, vellent contrarium; imò, quod incipiat à tempore contracti matrimonii & promissionis dotis debendæ, non à tempore traditionis ejus: & idem tenet Ancharan. in capit. Ex litteris de pignor. 3. column. ibi Joan. de Imol. 5. column. num. 18. Anton. de Neguz. in tract. de Pignor. 4. memb. 2. partit. principalis, 4. questio. ubi notabilius & melius quam alibi loquitur, & dicit hanc esse magis communem opinionem: Si verò loquimur in expressa hypotheca, quia maritus expressè promisit reddere dotem uxori & hæredibus ejus cum expressa hypotheca, & postea etiam ex intervallo recipiat dotem; illa hypotheca expressa incipit & habet effectum à tempore promissionis & contracti matrimonii, non verò à tempore traditionis; & sic uxor præfertur creditoribus contrahentibus cum marito post ipsam promissionem, & ante traditionem dotis: ita probat text. in leg. 1. ff. Qui potior. in pign. hab. & ibi Gloss. ordinaria & communiter DD. text. in leg. Tali facta. ff. de Jure dotium, tenet etiam Bald. Novell. in dict. tract. Dotis, 10. part. 16. limitat. & 3. Anton. de Neguz. in dict. tract. de Pignor. 4. memb. 2. part. 3. quest. num. 77. & idem disponit lex 33. tit. 13. part. 5.

39. Pulchrum tamen & quotidianum dubium est, an mulier virtute tacitæ hypothecæ præferatur aliis creditoribus habentibus expressas hypothecas anteriores? Et videtur quod sic: Primo, quia text. in dict. leg. Assiduis, Codic. Qui potior. in pign. & in dict. §. Fuerat, & jura similia, quæ concedunt mulieri beneficium prælationis, indistinctè loquuntur, nulla facta distinctione an priores creditores habeant hypothecas tacitas vel expressas. Secundo facit etiam text. in dict. leg. Assiduis, ibi dum dicit, licet anteriores sint tempore privilegii valati: ergo non solum loquitur de hypotheca tacita anteriori, sed etiam de expressa, in qua privilegium prælationis ex tempore consideratur, ut in leg. 1. & per totum, Codic. de ff. Qui potior. in pign. hab. & in regula, qui prior. de regul. juris. Tertio facit text. in leg. In rebus, Cod. de Jure dotium, ubi habetur, quod si res dotalis extat soluto matrimonio, æstimata vel non æstimata, in ea præfertur mulier omnibus anterioribus creditoribus; quia venit ad propria bona: sed tunc admittitur & præfertur mulier etiam habentibus anteriores hypo-

pothecas expressas : ergo similiter in nostro casu, quando dos consistit in pecunia vel quantitate, debet præferri omnibus creditoribus habentibus hypothecas expressas anteriores. Quarto facit : quia credens vel mutuans in refectionem domus vel alterius rei, habet tacitam hypothecam, & præfertur creditoribus anterioribus etiam habentibus expressam, ut in leg. *Interdum*. ff. *Qui potior. in pign.* sed mulier pro dote sua præfertur credenti vel mutuanti in refectionem, ut in *Authentic. de equalit. dot.* §. *His consequens est*, collat. 7. Ergo, &c. Quinto facit optima ratio : quia dos est privilegiata principaliter favore mulieris, & secundario ratione publicæ utilitatis, ut in leg. 1. *cum similib.* ff. *Solutio matrimonii*. & utilitas publica semper præfertur utilitati privatæ, ut in leg. *unic.* §. *fin. Codic. de Caduc. tollend.* Præterea, Rex vel Princeps condendo legem communem, potest tollere jus quæsitum alicui subdito, & alteri applicare ex justa causa, ut in leg. *Item si verberatum*, §. 1. ff. *de Rei vindic.* & in leg. *Lucius*. ff. *de Eviction.* & in leg. *Venditor*. §. *Si constat*. ff. *Commun. prædior.* & in leg. *Si privatus* ff. *Qui & à quibus*, & notat Bartol. in *Proem.* ff. *Veter.* §. *Omnem*, 3. column. Paul. & Scribentes in 1. *fin. Codic. Si contra jus vel util. public.* ergo in nostro casu, licet ex hypotheca expressa anteriori videatur jus quæsitum anterioribus; tamen ex prædicta justa causa favore dotis & publicæ utilitatis lex communis disposuit & potuit disponere quod mulier virtute tacitæ hypothecæ præferatur omnibus anterioribus creditoribus etiam habentibus hypothecas expressas, & in expresso, licet non ita bene fundet, istam sententiam & conclusionem tenet Martinus Gloss. antiquus, quem refert Gloss. ordinaria magna in *dict. leg. Assiduis*, Cod. *Qui potior. in pign. hab.* & ibi Petr. de Bellapert. 2. column. Jac. de Aretin. in *fin. Cin.* 3. column. Faber. in §. *Fuerat*, *Instit. de act.* 2. column. in *med. Abb. in capit. Ex litteris*, extrà *de pign.* 2. column. numero. 8. & ibi Cardin. 2. column.

Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò quod non præferatur mulier aliis creditoribus anterioribus habentibus hypothecam expressam : Primò quia mulier & fiscus pari passu ambulant, ut in leg. 2. *Cod. de Privileg. fisci* sed fiscus, qui habet bona debitoris tacite obligata, ut in leg. 2. *Cod. in quibus causis pignor. vel hypoth. tacite contra*, cum similib. non præfertur creditoribus anterioribus habentibus hypothecam expressam, ut in leg. *Si pign.* ff. *Qui potior. in pign. hab.* & in leg. *Si fundum eodem titul.* ergo similiter in nostro casu mulier non præferatur in recuperanda dote. Secundò facit text. in 1. *Ubi adhuc in me-*

*dio. vers. Vel à creditoribus posterioribus*, &c. ubi habetur, quod mulier in dote exigenda præfertur creditoribus posterioribus, non verò his qui habent potiora jura : Sed anteriores creditores habent potius jus ratione temporis : ergo præferantur. Tertio facit concludens ratio : quia in dubio lex non intelligitur tollere jus semel quæsitum parti ex suo contractu, argumento text. in leg. *fin. ff. de Pactis*, & in 1. *Si post mortem*, §. *fin. de contra tab.* & in 1. *Si constante*, vers. *Exceptis*, C. *de Donat. ante nupt.* & in expresso istam sententiam & conclusionem tenent Gloss. ordinaria in *dict. leg. Assiduis*, C. *Qui potior. in pign. hab.* in gloss. *magn.* & ibi Odofred. Jacob. Butr. Bartol. qui dicit quod ita tenet consuetudo, quæ est optima ll. interpretis : Alb. Angel. Bald. & Salyc. Azor. in *Summa illius titul.* 2. column. numero. 7. Gloss. ordinaria in §. *Fuerat*, *Instit. de action.* & ibi Din. *fin. column.* Angel. de Aretin. 8. column. Jas. 13. col. num. 72. Gloss. ordinaria in *cap. Ex litteris*, extrà *de pign.* & ibi Innoc. Host. Anton. Anchar. & Joan. de Imol. qui dicit hanc esse magis communem opinionem : istam etiam dicit magis communem opinionem Jas. in *dict. §. Fuerat* : dicit etiam communem opinionem Socin. in leg. 1. ff. *Solutio matrimonii. fin. column.* &c. & ibi communiter Moderni dicit etiam magis communem opinionem Bald. Novell. in *tract. Dotis*, 10. partit. 1. quest. Anton. Neguz. in *tract. de Pignor.* in 4. membr. 2. part. num. 98. pro qua communi sententia est hodiè lex 33. titul. 13. part. 5. Limitat tamen hanc communem opinionem Bald. Novel. ubi *suprà*, ut præferatur creditor in bonis, quæ habebat & possidebat debitor tempore hypothecæ contractæ : secus verò in quæsitis post hypothecam tacitam uxoris ; quia in eis ipsa præfertur : Quod tamen non est verum tenendo communem.

40. Subsequenter etiam quæro si mulier habeat expressam hypothecam posteriorem pro dote in bonis mariti, an præferatur aliis creditoribus habentibus hypothecam expressam anteriorem ? Et videtur quod sic, argumento text. in sui generalitate, in leg. *Assiduis*, Cod. *Qui potior. in pign. hab. cum similib.* qua disponitur, quod mulier in actione personali, & reali hypothecaria præferatur aliis prioribus creditoribus. Item etiam, quia taciti & expressi idem est iudicium, ut in leg. *Cum quid.* ff. *Si certum petatur, cum similib.* ergo sicut mulier habens tacitam hypothecam præfertur aliis creditoribus habentibus tacitam hypothecam anteriorem, ita etiam habens hypothecam expressam posteriorem præferatur aliis creditoribus habentibus expressam anteriorem. Et in expresso ita tenet Angel. in *Autb. de equalitate dotis.* §. *His consequens est*,

est, in *fin. column.* 7. & sequitur & reputat singulare & quotidianum Aretin. in leg. 1. ff. *Solutio matrimonii*, antepenultim. column. cum hodiè omnia instrumenta fiant cum hypotheca bonorum expressa : Bald. Novell. in *tractat. Dotis*, 10. part. 16. limitation. Sed, his non obstantibus, contrarium est tenendum, imò quod creditores habentes expressam hypothecam anteriorem præferantur ob rationes positas in superiori quæstione : & in expresso ita tenet Salycet. in *dicta leg. Assiduis*, 2. column. & 1. quest. Cod. *Qui potior. in pign. hab.* Socin. notabiliter in leg. 1. ff. *Solutio matrimonii. final. column.* & quest. & ibi Jas. 2. lect. qui melius & latius disputat pro utraque parte, quam alius, & tandem residet in hac sententia & opinione : Rip. 2. column. Angel. de Aretin. in §. *Fuerat de action.* 8. column. Anton. Neguz. in *tractat. de Pignor.* 2. part. 4. membr. num. 100. & sentit aperte Bartol. in *dict. leg. 1. ff. Solutio matrimonii. in primis verb. in figuracione casus*, ubi dicit, quod si duo instrumenta cum expressa hypotheca bonorum appareant eodem die confecta, instrumentum dotis præsumitur primum quoad effectum prælationis : ergo si aliud reperitur prius confectum, non esset dos præferenda ; quia si semper hypotheca dotis esset præferenda, non esset aliqua necessitas talem effectum prioritatis instrumenti inducere.

Unum tamen est, quod si duo instrumenta reperiantur eodem die confecta, instrumentum dotis præsumitur prius, ut supra proximè dixi, & in expresso ita probat textus in leg. *In ambiguis*, ff. *de Jure dotium*, cujus verba sunt, *In ambiguis pro dotibus respondere melius est; per quem ita tenet ibi Bald. & alii DD. textus in leg. Ambiguis*, ff. *de Regulis juris*, tenet etiam Bartol. in *dict. leg. 1. ff. Solutio matrimonii. in casus position.* Bald. Novell. in *Pract.* in 9. part. 1. privileg. & idem est in libertate, & alia qualibet pia causa, secundum Modernos in *dicta lege 1. ff. Solutio matrimonio.* Ex quo etiam subinfertur, quod si probationes sunt pares, præfertur probatio dotis : Item si sententiæ plurius iudicum sint diversæ, præfertur illa quæ est pro dote vel pia causa, argumento prædictorum iurium, & argumento textus in leg. *Inter pares*, ff. *de Re judic.* & tenet Fulgos. & alii in *dicta leg. In ambiguis de jure dotium*, licet aliàs semper præferatur quæ est lata pro reo, ut est ibi casus. Item extendit, etiamsi alter possideat ; quia etiam tunc præfertur causa dotis, vel pia : Licet secus sit inter privatos ; quia tunc, si instrumenta sint confecta eodem die, præfertur qui possidet argumento textus in *dicta leg. de Rebus de donat. ante nupt.* & regul. in *pari*, de *Re judic.* ita tenet Bartol. in leg. *Quæ*

*non dum*, §. *Quod dicitur de pign.* Rip. in *dicta leg. 1. Solutio matrimonii. column.* 3. num. 6. Secundò limita, nisi instrumentum unius contineat horam, & aliud non ; quia præfertur illud quod habet horam, quia ejus probatio est magis certa, & non debet offuscari per incertam : ita Bald. Salycet. & alii DD. in *dicta leg. de Rebus*, & Moderni & in *dict. leg. 1. Solutio matrimonii.* 3. column. num. 7. Tertio limita, quando prædicta instrumenta essent confecta à diversis notariis : secus si ab eodem ; quia tunc ex scriptura originali Protocoli poterit constare de prioritare vel posterioritate ; quia in dubio illud quod prius in ordine reperitur scriptum præsumitur prius factum, argumento textus in 1. *const. Cod. §. Quibus*, & ita Bald. & alii DD. Moderni in *dicta lege 1. Solutio matrimonii.* tenet etiam Bald. Novell. in *tract. Dotis*, 9. part. *principali.* 2. *privileg.* quem vide.

Item quæro, an mulier habeat tacitam hypothecam & jus prælationis pro bonis paraphernalibus ? Et breviter & resolutivè dico quod habet tacitam hypothecam : textus est in leg. *final.* §. *Sin autem*, Cod. *de Pactis conventis*, & ibi notant Bartol. Bald. Cin. Alber. & communiter DD. & melius quam aliis Salycet. in §. *fin. ejusdem leg. num. 2.* Innocent. in *cap. Ex litteris*, extrà, *de pig.* & ibi Abb. penultim. column. numero. 10. Imol. 4. column. num. 19. Azor. in *Summa. Cod. In quibus caus. pignus vel hypoth. tacite contrahitur.* Joan. de Plat. in §. *Fuerat*, *Instit. de action.* 4. column. & ibi Jas. 9. column. num. 41. idem Jas. in leg. *Maritus. Cod. de Procurat. in fin.* Anton. Neguz. in *tract. de Pign.* 4. membr. 2. part. num. 63. facit etiam textus in leg. *Ubi adhuc. Cod. de jure dotium*, juncta Glossa in verb. *Suppositas*, & ibi communiter DD. non tamen habet jus prælationis, ut præferatur mulier aliis creditoribus habentibus hypothecas anteriores ; quia illud solum habet locum in dote, favore matrimonii, non verò in aliis bonis : ita probat textus in *dict. leg. final. Cod. de Pact. convent.* qui tamen concedit beneficium tacitæ hypothecæ & non aliud : & in expresso ita tenet Glossa singularis in leg. *Si ego*, §. *Dotis*, ff. *de Jure dotium*, & ibi ad hoc notat & commendat Salycet. illam etiam Glossam ad hoc reputat singularem Jas. in leg. *Maritus. Cod. de Procurat. fin. column.* tenet etiam Innocent. in *dicto cap. Ex litteris*, extrà, *de pign.* & ibi Abb. & Joan. de Imol. Salycet. in *dict. leg. Ubi adhuc. Cod. de Jure dotium, fin. column.* 10. quest. idem Salyc. in d. l. *Assiduis, vers. fin. Cod. qui potior. in pign. hab.* Anton. Neguz. in *tract. de Pign.* 4. membr. 2. part. num. 63. & idem probat lege 17. titul. 11. part. 4. quam sic intellige. Intellige tamen prædicta in bonis paraphernalibus quo-

quorum administratio est concessa marito: secus autem quando mulier habet & retinet sibi prædicta bona, & maritus non habet administrationem eorum; quia pro eis mulier non habet tacitam hypothecam, nec jus prælationis: ita notabiliter tenet Abb. in cap. Ex litteris, penultim. column. num. 10. & sic debet intelligi Glossa ibi.

41 Item quæro, an tacita hypotheca & jus prælationis competat mulieri pro donatione ante nuptias, vel propter nuptias? Et breviter & resolutivè dico quòd tacita hypotheca bene competit, non tamen competit jus prælationis: cujus ratio est; quia in dote mulier tractat de damno evitando, in istis verò donationibus tractat de lucro captando: ita probat text. in l. Ubi adhuc. Cod. de Jure dotium, & ibi tenet & declarat Cin. 1. column. & 3. opposit. textus in leg. Si constante. §. Jura etiam. Cod. de donat. ante nuptias, & ibi DD. textus notabilis & expressus in leg. Assiduis. Cod. Qui potior. in pign. hab. cujus verba sunt: Hæc autem tantum ad dotem sancimus, non ad ante nuptias donationem, quam suo tempore servare disponimus, & habere inter creditores sui temporis ordinem, non enim pro lucro fovemus mulieres, sed ne damnum patiantur, suisque rebus defraudentur, curamus, & ibi tenet & declarat Glossa ordinaria in verb. Suo tempore. Odo. fred. Cin. Alb. Bald. Salyc. & communiter DD. Abb. in cap. Ex litteris de pignor. fm. col. & ibi communiter Canonist. Paul. de Castr. in leg. 2. ff. de Solut. matrimon. fm. column. versic. Sed an donatio propter nuptias. Ex quibus infero primò, quòd hodiè in nostro regno pro arrhis erunt bona mariti tacite obligata, non tamen habebit mulier jus prælationis. Secundò infero, quòd pro vestibus & donis datis per sponsum sponsæ; juxta leg. 53. in istis legibus Taur. erunt bona mariti obligata, si fortè maritus ea alienavit; non tamen habebit mulier jus prælationis. Tertio infero, quòd pro medietate lucrorum quæ pertinent uxori, erunt bona mariti tacite obligata, si fortè maritus ea alienavit mortua uxore, vel ea vivente in casu prohibito; non tamen competit jus prælationis. Quæ omnia nota, quia sunt singularia & quotidiana. (r)

42 Si verò dos consistit in specie, quia uxor vel alter pro ea dedit aliquas certas res mobiles vel immobiles in dotem marito; tunc, si simpliciter sint datæ inæstimatæ, nulla earum æstimatione facta, licet constante matrimonio res efficiantur mariti, tamen soluto matrimonio dominium ipso jure revertitur ad uxorem,

(r) De hac quæst. agit latè Fanno de p. 2. part. 4. membr. num. 63. cum tribus. s. & Covarrub. in 4. part. 2. cap. 3. §. 7. num. final.

& potest à marito, vel hæredibus, vel quolibet possessore vindicare, & præfertur omnibus aliis creditoribus etiam habentibus anteriores hypothecas expressas: textus est capitalis & expressus in l. in rebus, Cod. de Jure dotium, cujus verba sunt: In rebus dotalibus, sive mobilibus, sive immobilibus, seu se moventibus, si tamen extant, sive æstimatæ, sive inæstimatæ sint, mulierem in his vindicandis omnem habere post dissolutum matrimonium prærogativam, & neminem creditorum mariti qui anteriores sunt, posse sibi potiorè causam in his per hypothecam vindicare, cum & eadem res ab initio uxoris fuerant & naturaliter in ejus permanserunt dominio: & id ad hoc nunc notat & commendat Glossa ordinaria, Odo. fred. Petr. Cin. Jacob. Butr. Alber. Bald. Ang. Salyc. Fab. & communiter DD. Cujus ratio est; quia vindicans propriam rem non indiget privilegio, nec excluditur ab aliquo creditore, cum suum repetat: text. est notabilis in Authentic. ut ex actione instantis dotis. §. His igitur, column. 7. ibi dum dicit: purè unumquemque quod suum est habere nullo privilegio indigens: textus in leg. Si ventri. §. In bonis. ff. de Privilegiis creditor. per quem dicit Bald. in dict. leg. In rebus. Cod. eod. quòd omnis qui præten dit dominium actu permanens, est potior quolibet alio creditore.

Ex quo text. in dicta leg. In rebus, noviter & singulariter inferas, quòd licet in acquirendo dominium requiratur traditio, vel apprehensio possessionis vel detentationis, ut in leg. Traditionibus. Cod. de Pactis, cum similib. etiamsi concurrat titulus universalis dotis vel alterius contractus, ut in leg. 1. juncta ibi Glossa singulari & unica in leg. 1. ff. de Usucapion. pro dote, & in leg. Qui tibi. Cod. de Hæred. vel action. vind. tamen illud est verum & procedit quando agitur & tractatur de acquirendo dominio de novo; secus verò de recuperando & restaurando primo dominio antiquo semel amisso: quia de facili res revertitur ad naturam suam: argumento textus in leg. Si unus. §. Pactus ne peteret, versicul. Quod & in specie. ff. de Pactis, ibi: Incipiet dos redire ad jus suum, text. in leg. Juris gentium. §. Adeo, eodem titul. text. in leg. Naturalem. ff. de acquirendo rerum domin. text. in leg. Pompon. eodem titul. text. in §. Fere, versic. Naturalem, Instit. de rerum divis. textus in l. Prout quisque. ff. de Solut. textus in leg. Ab empt. ff. de Pactis: textus in leg. 1. & 2. Cod. Quando licet ab empt. disced.

Ex quo primò infero, quòd si dominus manu-

mittit servum, statim competit sibi libertas sine aliqua traditione vel solemnitate: text. est in leg. Manumissiones. ff. de jus. & jur. text. in leg. 4. ff. de Statu homin. text. in l. 1. & per totum. ff. de Manumission. text. in l. 1. & per totum. Cod. de Ingeniis & manumiss. Secundò infero, quòd licet animal captum ab aliquo per apprehensionem, fiat occupantis, ut in leg. 1. ff. de Acquirend. possess. tamen si effugiat à domino, taliter quòd recuperet pristinam naturalem libertatem, amittitur dominium ejus, & animal efficitur liberum: text. est in l. Naturalem. ff. de Acquirendo rer. domin. text. in §. Fere, versicul. Naturalem, Instit. de rerum divis. Tertio infero, quòd ex ista causa & ratione, ex pacto legis commissoriae retrò transfertur dominium in primum dominum alienantem: text. est in l. 1. & per totum. ff. de l. Commissoria. text. in leg. Commissoriae; Codic. de Pactis inter empr. & vend. Quarto infero, quòd ideo per absentiam perditur possessio naturalis: text. est in leg. Clam possidere. §. Qui ad nudinas. ff. de Acquirend. possess. Quintò infero, quòd ideo, finito usufructu, ipso jure revertitur & consolidatur cum sua proprietate: text. est in l. 1. & per totum. ff. Quibus mod. usufruct. amit. text. in §. Ambiguitatem, & in l. Corruptionem, Codic. de Usufruct. text. in §. Finitur, Instit. de Usufruct. cum similib. Sextò infero, quòd ideo dominus qui habet rem pro derelicta, statim amittit dominium sine apprehensione vel occupatione alterius; quia ante de primævo jure naturali in nullius bonis erat. Unum tamen est: quòd privilegium & dispositio text. in dict. l. In rebus, Codic. de Jure dotium; non habet locum in hæredibus mulieris; quia in eos non transit dominium rerum dotalium soluto matrimonio per mortem uxoris: ita Bartol. in l. Nescenius. §. Si fundum. ff. de Re jud. & ibi communiter DD. Quòd intellige in extraneis: secus in filiis ejusdem matrimonii; quia bene transit ad eos: ita singulariter Bald. Novell. in tractat. Dot. 8. part. princip. 6. privil.

Et adde, quòd tali casu periculum vel commodum in prædicta dote inæstimata contingens absque culpa mariti pertinet uxori. Ex quo inferitur, quòd si vestes, vel aliqua animalia dantur in dotem, & reperiantur consumpta tempore matrimonii dissoluti, non debetur aliqua æstimatio uxori: text. est in l. Plerumque. ff. de Jure dot. cujus verba sunt: Plerumque interest viri res non esse æstimatas, idcirco quòd nec periculum rerum ad eum pertineat, maxime si animalia in dotem acceperit, vel vestem, qua mulier utitur: eveniet enim si æstimata sit, & eam mulier attrivit, ut nihilominus maritus æstimatio-

nem præstet: quoties igitur non æstimata res in dotem datur, & meliores & deteriores sunt mulieri, si prædictis inæstimatis aliquid accessit, hoc ad compendium mulieris pertinet: si aliquid accessit, mulieris damnum est.

23 Dubium tamen est, si soluto matrimonio non possit constare, an prædictæ res mobiles vel se moventes, sint consumptæ vel peremptæ absque culpa mariti; an maritus teneatur valorem & æstimationem solvere, si non probet ex usu vel casu fortuito, vel aliâ absque sua culpa consumptas & peremptas? Et resolutivè teneo quòd sic, quia maritus censetur custos vel procurator uxoris & rerum dotalium, argumento text. in l. Si quis domum. §. Imperator. ff. Locati; text. in l. Si quis ex argentariis. §. Prohibet. ff. de Edendo; text. in l. fm. §. final. ff. de Custod. reor. & argumento Gloss. singularis & ordinariæ, & eorum quæ ibi notant DD. in l. Cum ita legatur. §. Species. ff. de Legat. 2. & ita dixi & consului in quæstione de facto. Unum tamen est: quòd peremptis ovibus vel animalibus, debent suppleri ex fructibus & effectibus eorum, licet fructus rerum dotalium pertineant marito: text. est in dict. leg. Plerumque, versic. Sic tamen, cujus verba sunt: Sic tamen ut suppleri proprietatem prius oporteat, & summissis aliquibus in locum demortuorum capitum ex jam natis, residuum in fructibus maritus habeat: quia fructus dotis ad eum pertinent: pro quibus omnibus est hodiè notum leg. part. l. 21. titul. 11. part. 4. no. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Limita tamen & intellige prædicta, quando res mobiles, vel immobiles, vel se moventes, quæ dantur in dotem inæstimatæ, consistant in specie: secus tamen est si consistant in genere, quòd pondere, numero vel mensura constet, ut triticum, vinum, oleum & similia; quia licet dentur inæstimatæ, periculum & commodum est mariti; & pereunt & consumuntur periculo ejus, & in his tacite videtur actum ut maritus distrahat, vendat & consumat, & tantundem in suo genere reddat, sicut dicimus in mutuo. Ex quo inferitur, quòd soluto matrimonio maritus teneturolvere tantundem in genere, vel ejus valorem & æstimationem, attento valore & æstimatione tempore, quo dissolvitur matrimonium, non verò tempore contracti matrimonii & dotis receptæ: text. est singularis & expressus in l. Res in dotem datæ. ff. de Jure dotium, cujus verba sunt: Res in dotem datæ, quæ pondere, numero, mensurave constant, mariti periculo sunt: quia in hoc dantur ut eas maritus ad arbitrium suum distrahat, & quandoque soluto matrimonio ejusdem generis & qualitatis alias restituat, vel ipse, vel hæres ejus: & ad hoc notant & commendant ibi Gloss. ordinaria, Odo. fred. Bart.